



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CCCXX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

sula, pleno iure. Ita concludit Bal. in l. i. nume. 2. C. de fructibus et litium expen.

7 Septimo fallit, nisi feudum venderetur ad vsumfructum, tunc videtur venditum vile dominium. Ita Bal. in Rub. C. de iure emphy. nu. 9. in fine allegat text. in d. l. donationes in concubinam, in §. species ff. de donatio.

8 Octavo fallit, si fuerit dictum inuestitura feudi, ad vsumfructum tibi & heredibus, tunc in persona hæredis esset novus vsumfructus. Ita tenet Bal. in d. præludiis feudorum, quem sequitur ibi Matthæ. de Afflic. nu. 135.

9 Nono fallit, nisi inuestitura ad vsumfructum facta esset ecclesiæ vel religionis personis, tunc videtur concessum vile dominium in perpetuum. Tenet glo. quam ibi sequitur Cinus & Bal. & Alberi. in l. si mulier. C. de iure dotium, in verbo, mulier, in versicu. item ad hanc dedi prædium, idem Alberi. in d. §. species. Bal. in l. & in epistola, nu. 5. C. de fideicommissis, pro qua opinione est text. in d. l. Titia in §. cum nuberet. ff. de lega. 2.

REGVLA CCCXX.

FEVDVM non potest pignori dari, sine consensu directi domini. Hanc regulam probat text. in cap. 1. in §. item si quis. quibus modis feudum amitta. & in c. 1. ibi, feudum totum, vel partem aliquam vendere, vel pignori dari, de prohibita feudi aliena. per Federi. ita expressè tenet Barioholomæus Soci. in consi. 19. nu. 12. vol. 1. Maria nus Socinus eius nepos in consi. 77. nu. 73. vol. 1. Ruinus in consi. 147. nume. 19. vol. 3. Augustinus Berous in q. 94. nume. 11. Joann. Igneus in l. si seruus pignori datus. nume. 7. ff. ad Syllania. Mar tinus de Silimanis in tracta. feudorum, in Rubric. quibus modis feudi alienetur. nu. 99. & facit quod dixi supra, in regu. 40. in 3. ampliatione, De iure regio probatur in l. 10. titu. 26. parte 4. & in l. 68. titu. 18. parte 3.

Hanc regulam limitat quatuor modis Chassennæ. in consue. Burgun. in titu. (Des siez.) Rubr. 3. §. 3. nume. 11. fo. 11. fo. 118. colum 4. vique ad numero 21. Quarum limitationum tres ante eum posuit Fran. Cur. Juni. vbi hanc regu. limitat aliis quatuor modis, in tracta. feudorum, in 4. parte, nume. 95. Eandem regulam cum quinque limitationibus ponit Matthæ. de Afflic. in c. imperialem, nume. 4. de prohibita feudi alien. per. Fede. Hanc regulam cum tribus ampliationibus & tribus limitationibus ponit Franc. de Ripa in l. obligatione, numero 35. ff. de pignoribus.

REGVLA CCCXXI.

FEVDI dominus, est iudex inter ipsosmet Vafallos. Hanc regulam probat text. in c. imperialem, in §. penul. de prohibi. feudi aliena,